



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXV. König Ludwig überläßt der Stadt Frankfurt Namens seines Sohnes
den Zoll daselbst, am 27. Juni 1324.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

monium presentibus nostra sigilla duximus appendenda. Actum et datum Custryn, anno domini
M^o CCC^o XXIII^o, in vigilia sancti nicolai Confessoris.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 42. in Vigilia sancti nicolai Confessoris. Anno domini M^o CCC^o XX^o III^o in Vigilia sancti nicolai Confessoris.

XXV. König Ludwig überläßt der Stadt Frankfurt Namens seines Sohnes den Zoll daselbst,
am 27. Juni 1324.

Ludowicus, dei gracia Romanorum Rex, semper augustus, Prudentibus viris Consulibus et vniuersis Ciuibus ffranchenfurdensibus fidelibus suis dilectis graciā suam et omne bonum. Ex motu beniuolencie specialis, quō circa vos afficimur propter fidei et deuocionis vestre meritum, vnde nobis et Illustri Ludowico, Marchioni Brandenburgensi, Primogenito et Principi nostro carissimo, grati et placidi extitistis, Vobis concedimus graciōse nostro et eiusdem filii nostri nomine et uice Theloneum in Ciuitate predicta ffranchenfurt in hereditatem perpetuam possidendum, recipiendum pariter et tenendum, Ita sane, quod in omnem euentum et casum prefato Marchioni Primogenito nostro et eius posteris Marchionibus Brandenburgensibus Quadringenta et Viginti Talenta denariorum Brandenburgensium legalium seruire et soluere annis singulis libere debeatis. In cuius rei testimonium presentes vobis dedimus et sigillo maiestatis nostre iussimus communire. Datum in franchenfurt V^o kalendas Julii, Anno domini Millesimo Trecentesimo Vicelimoquarto, Regni vero nostri Anno Decimo.

Nach dem Originale des Stadtarchives II, 1, 1. Wohlbrück, I, 546.

XXVI. Markgraf Ludwig fordert die Städte Frankfurt, Müncheberg und das Land Lebus zur Landesverteidigung auf, am 8. September 1324.

Lodowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Reni, Dux bawarie, sacri Imperii archicamerarius, fidelibus suis et dilectis Consulibus ac vniuersitati burgensium in frankenvord et Monkeberg necnon vasallis omnibus Cafri Lebus ac totius terre Lubufane graciā suam et omne bonum. Cum pro defensione honoris et patrie quilibet fidelis subditus exponere corpus et Res naturaliter et ex debito teneatur, vestram fidelitatem intime hortamur, requirimus et Rogamus quatenus ad repellendam inimicorum iniuriam nullatenus tepescatis (sic!), sed viriliter ad id vos paretis, nec aliquis metus in animo vos confringat. Promittimus enim vobis per presentes, quod de omnibus dampnis et expensis, que et quas circa defensionem perferre rationabiliter vos contigerit, reddere volumus vos indemnes. Omnia eciam vestra